



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XLIII De Castitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB.

Ōmes, vt & ipsi misericordiā cōsequamur à dño, ip̄o
Mat. 5. dicente: Beati misericordes, qm̄ ipsi misericordiā cō-
Luc. 6. sequent̄. Et iter. Estote igit̄ misericordes, sicut & pa-
Ephe. 4. ter vester misericors est. Hinc Paulus ait. Estote aut̄
inuicē benigni, misericordes, induite vos sicut electi
dei viscera misericordiar. Hinc Salomō ait. Facere
Pro. 21. misericordiā & iudiciū magis placet dño q̄ victimę
Eccī. 35. Hinc per quendam sapientem dicitur. Qui facit mi-
sericordiam, offert sacrificium,

De Compassione. Cap. XLIII.

Mat. 7. Per euangelium namq̄ suū admonet nos dñs
dicens. Omnia quęcunq; vultis vt faciant vo-
b̄is homines, ita & vos facite illis. Hæc est em̄
lex & prophetæ. Quod tibi accidere non vis, nec p-
ximo tuo cupias euenire. Condole in alienis calamī-
tibus, satiare fletibus; in alienis laboribus, in tribu-
latiōe alterius & tu esto trist̄. Talis esto alijs, quales
optas esse circa te alios. Quod non vis pati non
facias, nec inferas alio mala, ne patiaris similia. Ita
clemens esto in alienis delictis sicut in tuis, vt nec ali-
r̄ te nec aliter alios penses. Et sic alios iudica vt iu-
dicari cupis. In tribulatiōe pofitis subuenire non ces-
ses, dolentem consolari ne dimittas.

De Castitate. Cap. XLIII.

Castitas em̄ fructus suavis est, pulchritudo inui-
colata sanctor. Castitas securitas mentis, fani-
tas corporis. Nisi em̄ vnuſquisq; castus pſeu-
rauerit ad perpetuā requiē puenire, & deum videre
Hebr. 12. non poterit, testante Paulo ap̄lo: Pacē ſectamini cū

LIBER SECUNDVS.

Om̄ib⁹ & sanctimoniā, sine q̄ nemo videbit deū. Hic quoq; euidēter sine sanctimonia (quā solet integrita-
tē mentis vel puritatē corporis appellare) pronuntia-
uit deū penitus videri non posse. Hinc p̄ eundē apo-
stolū dicitur. Hæc est voluntas dei sanctificatio vīa, 1. Tes. 4.
vt abstineatis vos à fornicatiōe, vt sciat vnuſquisq;
vestrū vas suū possidere in honore & sanctificatio-
ne, non in passiōe desiderij, sicut & gentes q̄ ignorāt
deū. Amemus igitur castitatē, quia castas mentes ca-
staq; corpora deus inhabitat, luxuriosas aut & im-
mūdas cōdemnat. Quāta eī bona quis fecerit, licet
oret, licet noctes in oratiōibus & vigilijs puigiles du-
cat, licet omnē substantiā suā pauperibus tribuat, li-
cet inedia & perieunia longa corpus suū atterat, li-
cet cætera diuina p̄cepta adimpleat, si castitatē non
habuerit nihil ei proderit. Vnde & dñs in euangelio
p̄cepit dicēs. Sint lumbi vestri p̄cincti & lucernæ ar- Lucæ, 12
dentes in manibus vestris. Duo aut sunt q̄ iubentur,
& lumbos restringere, & lucernas tenere, vt & mun-
ditia sit castitatis in corpore, & lumē veritatē in ope-
riōe. Redemptori etenim nostro vnū sine altero pla-
cere nequaquā potest, si autē is qui bona agit adhuc
luxuriæ inquinamenta non deserit, aut is qui castita-
te præeminet necdum se per bona opa exercet. Nec
castitas ergo magna est sine bono opere, nec op⁹ bo-
num est aliquid sine castitate.

De Obedientia. Cap. XLV.

Obedientia est via sancta quæ sectatores suos
ad cælestē perducit patriā, per hanc viam dñs